

- gregatim factam, non semper civitas damnum sentit; sed quandoque illius utilitas potius, e. g. si ea ad sustentationem civium non sufficiat, discessum suadet, sicuti id tot coloniæ a variis Gentibus ex ista causa alio deductæ
- 21 testantur. Et certe si singulis commodi sui causa pro arbitrio discedere licet, cur non idem liceat pluribus, si expediat ipsis, sedem fortunarum suarum simul & eodem tempore alio transferre, modo alia causa mutationem non prohibeat, de quo *cap. IV. conf. Pufendorff d. Jur. Nat. & Gent. l. 8. c. 11. §. 4. & in diff. Acad. d. Oblig. d. 2. erg. patriam §. 37.* Unde etiam nec Leges Romanæ, nec Leges Imperii nostri superius allegatæ distinguunt, inter discessum unius & discessum plurium, ita ut nostrum non sit distinguere, ubi lex non distinguit.
- 23 Quemadmodum autem, ut domicilium aliquo in loco constituamus, spe alicujus se nobis offerentis comodi, sæpius allicimur; ita etiam ad mutationem ejusdem illius intuitu non raro comovemur, dum vel alterius loci commodior situs, vel commodior mercaturam exercendi occasio, vel religionis exercitium liberius, vel aliæ ejus-
- 24 modi rationes nos ad id invitant. Verum an illa, quæ propter religionem fit, mutatio, liberæ civium voluntati relicta sit, an verò à superiori injungi possit, olim & ante Pacis Osnabrugensis conclusionem non satis certum fuit, ac multam disputandi præbuit materiam, Scriptoribus Catholicis necessitatem hujus mutationis statuentibus, vid. *Aut. Autonomiæ p. 1. c. 8. & p. 3. c. 27. 29. 32.* Evangelicis e contrario libertatem illius defendentibus. vid. *Ddres alleg. apud Dn. de Jena de Rat. Stat. diff. 22. concl. 1. lit. D.* Certe cum summæ potestati incumbat reli-
- gio-